

# LEGES NOVELLAE

AD THEODOSIANVM

PERTINENTES

EDIDIT

ADIVTORE TH. MOMMSENO

PAVLVS M. MEYER

---

BEROLINI

APVD WEIDMANNOS

MDCCCXV

## CONSPECTVS OPERIS

	pag.
Conspectus subsidiorum et explicatio signorum . . . . .	VI
<b>PROLEGOMENA IN LEGES NOVELLAS AD THEODOSIANVM PERTINENTES</b>	
Cap. I. De singulis legum novellarum syllogis . . . . .	XI
Cap. II. Codices corporis Maioriani (primae syllogae) . . . . .	XXV
Cap. III. Codices Breviarii (alterius syllogae) . . . . .	XXXI
Cap. IV. Codices tertiae syllogae . . . . .	XLIII
Cap. V. <b>Excerpta. Breviarii epitomae. Varia</b> . . . . .	LV
I. Ex syllogis Orientalibus excerpta . . . . .	
II. Ex syllogis Occidentalibus excerpta . . . . .	
III. Breviarii Alariciani epitomae . . . . .	LXI
IV. Breviarii minora . . . . .	LXIII
V. Libri latentes vel deperditi . . . . .	
Cap. VI. Legum novellarum editiones et apparatus . . . . .	LXV
Cap. VII. Crisis legum novellarum . . . . .	LXXVII
A. Leges novellae Theodosii II. Valentini III. Maioriani (1—6) . . . . .	
B. Leges novellae Marciani et reliqua per Alaricianos solos servata . . . . .	LXXXIX
C. Leges novellae Anthemii . . . . .	XC
Cap. VIII. Constitutionum acceptores et tempora locique . . . . .	XCI
I. Constitutionum acceptores . . . . .	
II. Constitutionum tempora et loci . . . . .	XCVI
—————	
I. CORPVS LEGVM NOVELLARVM <i>THEODOSII II. VALENTINIANI III. MAIORIANI</i> IN OCCIDENTE A MAIORIANO CONDITVM . . . . .	1
II. LEGVM NOVELLARVM <i>MARCIANI</i> IN ORIENTE PROMVLGATARVM QVAE IN BREVIARIVM ALARICIANVM RECEPTAE SVNT	179
III. AVCTARIVM LEGES NOVELLAS EXTRAVAGANTES CONTINENS <i>SEVERI ET ANTHEMII</i> . . . . .	197
—————	
Index titulorum . . . . .	209
Corrigenda et Addenda ad vol. I et II . . . . .	213

## CAPVT QVARTVM.

### CODICES TERTIAE SYLLOGAE.<sup>1)</sup>

#### A. Integri:

- Pithoeanus deperditus* (saec. IX) cum apographo  
*Parisino 4420*, nobis *A* (saec. XVI).  
*Oxonienſis Seldenianus B. 16*, nobis *O* (saec. XII).

#### B. Decurtati:

- I. *Vaticanus reginae 1023*, nobis  $\Sigma$  (saec. X),  
*Parisinus 4412*, nobis  $\Xi$  (saec. IX).  
 II. *Varsoviensis bibliothecae Universitatis n. 480*, nobis  $\Psi$  (saec. IX exeuntis),  
*Berolinensis lat. quart. 150*, nobis  $\Theta$  (saec. X);  
*Parisinus 9652 adiunctis Parisini 4408 foliis 60—67*, nobis  $\Omega$  (saec. IX/X).  
 \**Parisinus 4413* (saec. IX). —  
 \**Parisinus 9653* (saec. IX).  
 III. *Fuldensis D. 1 epitomatus*, nobis *Fuld.* (saec. VIII).  
 \**Leidensis Vossianus lat. quart. 57*, nobis *Leid.* (saec. X);  
 \**Parisinus 4408* (saec. IX).  
 \**Parisinus 4411* (saec. IX). —  
*Vaticanus reginae 1050* (saec. X).

#### A. Integri.

*Pithoeanus liber hodie deperditus*, cuius laciniis representant Berolinensis lat. f. 270 folia 1—13 ad Novellas non pertinentia, quid continuerit Mommsen in primo huius operis volumine p. LXXIX sq. sub littera *F* exposuit. Codex quatenus novellas complectébatur restitui potest

a) ex P. Pithoei patris adnotationibus (nobis \**A*) in Sichardianae editionis exemplari *Paris. Réserve F 380* (= *F*<sup>4</sup>) repertis. In quo exemplari cum pleraeque adnotationes novellis adscriptae P. Pithoei filii manus sint (nobis Pith. [ad Sichard.]), ad patrem referuntur 1) index novellarum in Sichardiana deficientium f. 94<sup>v</sup> additus, 2) novella Severi 2 f. 167<sup>v</sup> inserta, 3) variae lectiones ad Breviarii novellas spectantes, quae p. XLIVsq. componuntur,

b) ex *Parisino 4420* (nobis *A*) P. Pithoei patris iussu inter annos 1528 et 1553/1554 ex libro nostro hodie deperdito ab amanuensi descripto.

Et *Parisinum 4420* (*A*) et adnotationes Sichardianae a Pithoeo patre adscriptas (\**A*) ad Pithoeanum nostrum redire, qui P. Pithoeo filio praesto iam non erat, colligi potest ex verbis, quibus hic in praefatione editionis a. 1571 (nobis Pith. [ed.]) Cuiacio dicatae utitur. Sunt enim haec: *Ecce tibi Novellas ipsas quarum ob solum indicem, quem ex meo libro* (scilicet Sichardiana Rés. F 380) *cum quibusdam aliis Imperatorum legibus acceperas, profusissime pro tua gratia me honorasti. Unde vero inquires? Ex eodem ipso Copiae cornu ex*

<sup>1)</sup> Hoc capite tractabuntur etiam ei codices decurtati, quos, quamquam non continent nisi Breviarium simplex, tamen, cum lectionibus proxime accedant ad Breviarii aucti (scilicet tertiae syllogae) libros, ab eodem archetypo pendere apparet, ex quo Breviarii novellae in tertiam syllogam transierunt. In laterculo supra proposito stellula (\*) praemissa notati sunt.

quo et index prodierat, id est ex bibliotheca patris mei. . . . Novellas eas pater cum . . . ipse non posset, ab amanuensi suo ex veteri quodam exemplari describendas curaverat . . . Quibuscum optime convenit, quod Franciscus Pithoeus in Cuiacianae editionis prioris exemplari Parisino Réserve F<sup>s</sup> (nobis Pith. [ad Cuiac.]) ad novellae Theod. 22 rubricam eandem, quam pater in Sichardianae exemplari F 380 profert (vide p. XLV), variam lectionem adscribit sub nota *lib. pat(ris)*.

\*Δ Primum nunc agamus de adnotationibus Sichardianae *Paris. Rés. F 380* a Pithoeo patre ex libro suo adscriptis.

1) Index titulorum, quem Pithoeus f. 94<sup>v</sup> adiecit, ex legibus novellis apud Sichardum deficientibus continet Theodosianas Valentinianasque extra Breviarium positas, Maioriani nonam, Anthemii 1—3, id quod in capite primo (p. XIX sqq.) vidimus. In hoc laterculo describendo cum (pariter atque Willelmus Malmesburiensis in libro *O* conscribendo) id tantum in animo haberet, ut ineditas novellas componeret, multas rubricas truncavit. Manifeste hoc declarant nov. Valent. 4 et 5 rubricae, ubi pro verbis omissis non habentur nisi vocabula *et c(etera)*. Decurtati praeterea sunt tituli Theod. 19 — 21 — Valent. 10 — 12 — 13 — 16 — 20 — Anthem. 1. — Ex hoc laterculo Cuiacius in editione priore a. 1566, quam Pithoeanis potissimum adnotationibus praeter Sichardianam ipsam niti in capite sexto explicabitur, 'desideratarum' novellarum titulos deprompsit.

2) Novellam Severi 2 f. 167<sup>v</sup> adscriptam et inde editam a Cuiacio, quae deest in *Δ* et *Pith. (ed.)*, extitisse in Pithoeano nostro significant verba in eodem exemplari F 380 f. 120<sup>v</sup> a P. Pithoeo filio adnotata: *Est hic* (scilicet post nov. Severi 1) *quoque scribenda lex ea quae ex vet. lib. adscripta est in fine Hermog.* (corr. ex *sententiarum Pauli*, scil. f. 167<sup>v</sup>). *Nam eam novellam constitutionem Leonis et Severi appellat Papianus tit. 44* (scil. l. R. Burg. 46).

3) Variarum denique lectionum Breviarii novellis in margine a Pithoeo patre adscriptarum, quo melius iudicium feramus de libro deperdito, laterculo subiecto sequuntur:

Sichard. f. 1 <sup>r</sup>	nov. Theod. 1, 16	nostrum radiante splendore] sic *Δ cum <i>A Paris. 4409</i> †
—	—	Γ <sup>v</sup> HSL
—	1 <sup>v</sup>	nostrorum] nostrorum *Δ <i>solus</i>
—	—	sufficiet] sic *Δ cum omnibus praeter ΓESG
—	—	1 subscr. d. n. theod.] sic *Δ cum <i>Parisino 4408</i> , d̄d̄ n̄r th. <i>Leid.</i> , theod. <i>reliqui</i>
—	85 <sup>r</sup>	pp] perpetuus <i>per</i> scribit *Δ cum ΘΩ <i>Paris. 4408. 4413</i> †
—	—	HN <i>Paris. 4409. 4410</i>
—	—	2 subscr. et qui fuerit nuntiatus cons. *Δ (unde <i>Cui. ed. 1</i> ) cum <i>Leid.</i> , cons. <i>reliqui</i>
—	86 <sup>v</sup>	fotinos] fotynos *Δ
—	—	priscillianistas] O, priscillianitas *Δ, priscianistas <i>vel similit̄er reliqui</i>
—	—	ascodrogos] ascudrucos *Δ
—	—	borboritas] sic *Δ cum O <sup>v</sup> HNC
—	—	3, 85 p̄kaa] sic *Δ cum PM
—	—	3 subscr. d. n. theod.] domno n̄rō th. <i>Leid.</i> , do th. *Δ, th. <i>reliqui</i>
—	—	cons. et qui fuerit nuntiatus] sic <i>E Paris. 4414</i> cum <i>Cui. ed. 1</i> , et qui fuerit nuntiatus cons. *Δ cum <i>Leid.</i> , cons. <i>reliqui</i>
—	—	eodem exemplo viro illustr. praefecto illyrici <i>add. interpolans</i> *Δ, unde <i>Cui. ed. 1</i>
—	—	9 inscr. p̄pō] viro inl̄t p̄pō <i>Leid.</i> , viro illustri p̄f p̄ō orientis exconsulari *Δ <i>interpolans</i> , unde <i>Cui. ed. 1</i>
—	87 <sup>r</sup>	9 subscr. d. n. theod.] domno nostro th. <i>Leid.</i> , domno th. <i>Paris. 4408</i> , do. th. *Δ, th. <i>reliqui</i>
—	—	a.] p̄p̄ ā. <i>Paris. 4408</i> , p̄p̄. āā. *Δ
—	—	cons. et qui fuerit nuntiatus] sic <i>Paris. 4408</i> , et qui fuerint nuntiatus <i>Leid.</i> , et qui fuerit nunci[at] cons. *Δ, cons. <i>reliqui</i>

Sich. f. 88 <sup>r</sup>	Theod. 13, 8	iudicio si] seditiosi * <i>A</i> solus
— —	— 13, 13	thalassi] thalasi * <i>A</i> cum <i>LΦ</i> , talasi <i>E</i>
— 88 <sup>r</sup>	— 13 subscr.	d. n. theod. a.] domno n̄ro thd. p̄p. <i>Leid.</i> , d. theod. p̄p. aug. * <i>A</i> , domno theod. auḡto <i>Paris. 4408</i> , theod. a. <i>reliqui</i>
— 88 <sup>v</sup>	— 14 subscr.	da vii id̄ septembres constantinopoli domni theod. p̄p. aḡ (domno n̄ro th. auḡ. p̄p. <i>Leid.</i> , domno th. p̄pō. ā. <i>Paris. 4408</i> , theod. a. <i>reliqui</i> ) et festo v. c. cons. * <i>A</i>
— 89 <sup>r</sup>	— 15, 1, 2	splendidissimo] * <i>A</i> cum omnibus praeter <i>GXC</i>
— 89 <sup>v</sup>	— 16 inscr.	flor. p̄pō] flor. uiro illustri p̄pō et exconsule * <i>A</i> , flor. ū. inl. p̄pō excons. <i>KL</i> , p̄pō uir inluster et exc̄f <i>E</i> , p̄pō florentio u. inluster p̄pō <i>Paris. 4408</i>
— —	— 16, 1	ita] * <i>A</i> cum omnibus praeter <i>EC</i> <sup>2</sup>
— —	— 16, 2	ita nostrae] si totum n̄re * <i>A</i> solus
— 90 <sup>r</sup>	— 16, 44	temporibus] * <i>A</i> cum omnibus praeter <i>PMC</i> <sup>1</sup>
— —	— 16 subscr.	ā.] p̄. aḡ. * <i>A</i> , p̄pō aḡ. <i>Leid.</i>
— 90 <sup>v</sup>	— 20 rubr.	add. nili aegyptiacae dioceseos et quae in omnibus prouinciis fiunt * <i>A</i> , unde <i>Pith. (ed.) cum Cui. ed. 2 (lat.)</i> , Nile (mīle <i>lat.</i> ) aegyptiae (egipcia <i>context.</i> ) <i>Fuld.</i>
— —	— —	et paludibus] et de paludibus et pascuis * <i>A</i> , unde <i>Cui. edd. 1. 2 et Pith. (ed.)</i> , et paludibus et de pascuis ad alium statum translatis <i>Iust. 7, 41</i>
— —	— 20 inscr.	p̄pō] inl. p̄pō <i>Leid.</i> , illust. p̄pō * <i>A</i>
— —	— —	et consuli designato] sic * <i>A</i> , unde <i>Cui. ed. 1, cum E, om. reliqui omnes, sed adest similiter in constitutionibus Iust. 1, 14, 7. 2, 7, 8</i>
— 91 <sup>r</sup>	— 20, 11	nili tantum] sic * <i>A</i> cum <i>O:ESKLΦ</i> , lini tantum <i>Γ</i>
— —	— 20 subscr.	a.] p̄pō auḡ. * <i>A</i> , p̄ō ā. <i>Paris. 4408</i>
— —	— 22 rubr.	de bonis . . . scribendis] de his qui sponte munus ( <i>om. Fuld. [context.]</i> ) aliquod uel honorem largiuntur et de naturalibus filiis eorum ( <i>om. *A</i> ) [ <i>hic finit Fuld.</i> ] in curiam dandis heredibus[que] scribendis uel bona parentum accipiendi[s] * <i>A</i> ( <i>unde Pith. [ed.] cum Pith. [ad Oviac.]: 'lib pat.' et Cui. ed. 2</i> ) et <i>Fuld.</i>
— 92 <sup>v</sup>	— 22, 2, 22	in sortitum casumque] * <i>A</i> cum omnibus praeter <i>GCK</i>
— —	— 22, 2, 23	quadrantis] quadrantes * <i>A</i> solus
— —	— 22, 2, 73	seu eius pretio] * <i>A</i> cum <i>O:ΓK</i> , sine eius pr. <i>reliqui</i>
— —	— —	sacramenti] sacramentis * <i>A</i> cum <i>O:K</i>
— 94 <sup>r</sup>	— 22, 2 subscr.	p̄c.] post cons. * <i>A</i> cum <i>ΩΣ Paris. 4408</i> alisque similiter
— —	— —	dioscori] sic * <i>A</i> cum <i>ΟΨΘΩΣ Leid. Paris. 4408<sup>1</sup> H(?) Paris. 4410</i>
— —	— —	eudoxi (vel -ii)] sic * <i>A</i> cum <i>ΟΨΘΩΣ Paris. 4408<sup>1</sup> PM Paris. 4410</i>
— —	— 22, 2, 153/154	( <i>int.</i> ) communi . . . latere potest] <i>om. *A</i> cum <i>Σ:Ε</i>
— 95 <sup>v</sup>	Valent. 19 rubr.	de homicidiis casu factis necne] d. h. c. uel uoluntate f. * <i>ΔΔ</i>
— —	— 19 subscr.	a. ui] * <i>A</i> cum omnibus praeter <i>XCPM Paris. 4410. 4414</i>
— —	— —	in foro traiani cons. s(upra) s(criptis)] in foro traiani (vel similiter) cons. * <i>ΔΔ</i> cum <i>ΩΣE Paris. 4408. 4411</i>
— 97 <sup>v</sup>	— 21, 2 subscr.	dat. uii (uiii * <i>ΔΔ</i> ) k. ian. rom. proposita (pprōs <i>Leid.</i> ) in foro traiani u. kal. (l. <i>Leid.</i> ) sup̄. ( <i>om. Leid.</i> ) scribti (sc̄b <i>Leid.</i> ) aetio iiii et symmacho ūū. cc. (uic. <i>Leid.</i> ) cons. * <i>ΔΔ</i> cum <i>Leid.</i>
— —	— 23 rubr.	de sepulcri uiolatoribus] de sepulchrorum uiolatoribus * <i>ΔΔ</i>
— 110	ad nov. Marcian. 1 adscriptum	deest in n̄ro * <i>A</i> , <i>novellae Marciani desunt in A</i>
— 115 <sup>v</sup>	ad Maioriani librum adscriptum	deest in n̄ro * <i>A</i> , <i>novellae Maioriani desunt in A</i>

Ex hoc laterculo iisque, quae supra attulimus, librum Pithoeanum deperditum continuisse apparet novellas Theodosianas Valentinianasque et in Breviario et extra id positas, praeterea Anthemianas et alteram novellam Severi, defecisse autem in eo, ut in *Δ*, videmus novellas Marciani, Maioriani (praeter nonam) et Severi primam. Ad singulas quod attinet lectiones, in Breviarii Valentinianis, ubi *Δ* extat, hic semper concordat cum \**Δ* (Valent. 19 rubr. — 19 subscr. — 21, 2 subscr. — 23 rubr.). Plurimae autem Breviarii Theodosianarum, quae descriptae non sunt in *Δ*, lectiones tertiae syllogae libris decurtatis *Leidensi* et *Parisino 4408* vel ceteris eiusdem syllogae codicibus confirmantur. Commemoratione dignissimum est formulam *et qui fuerit nuntiatus cons.* in subscriptionibus Theod. 2 — 3 — 9 servari. Notabiles etiam sunt rubricae Theod. 20 — 22 ad *Fuldensem* prope accedentes, hiatus interpretationis Theod. 22, 2, 153/154 libro nostro cum *ΣΕ* communis. Quae porro Theod. 16 inscr. occurrit interpolatio, cum in libris *EKL* tum in *Parisino 4408* reperitur. Ex ceteris interpolationibus, quas noster solus Theod. 3 subscr. — 9 inscr. — 20 rubr. praebet, tertiam plenius exhibet Iustinianus 7, 41. — Ut Theod. 3 subscr. neque minus interpolatio Theod. 16 inscr. docent, ex Breviarii libris a nostro proxime absunt *EKL* cum decurtatis *Parisinis 4414. 4415*; accedit Theod. 20 inscr., ubi verba *et consuli designato* non extant nisi in \**Δ* et *E*. Neque vero defuisse consensus cum deterioribus Breviarii libris, ut in Theodosiano, certum est.

*Δ Parisinus 4420* (Haenel nov. const. 2) a quo et quando scriptus sit, supra (p. XLIII sq.) P. Pithoei filii verba laudans exposui. Qui loco citato sic pergit: *Qua in re* (scilicet in *Parisino 4420* ex Pithoeano describendo) . . . *sibi tantum fortasse laborasset* (Pithoeus pater), *ni post eius luctuosissimum obitum Ioannes et Nicolaus filii illi gemini, mihi consanguinei fratres . . . in magno librorum chartarumque cumulo . . . has quasi e naufragio tabulas excepissent et inter Gallicos istos tumultus et tam crebras convasationes diligentissime adservassent. Nuper autem cum de tuo Codice Theodosiano* (scilicet de Cuiaciana a. 1566 editione) *mentio incidisset . . . dixerunt illi habere se care repositas atque etiam ultro obtulerunt.* Confirmant hanc narrationem verba codici *Δ* in margine inferiore fol. 1<sup>r</sup> adscripta: *P. Pithou Ex dono Ioannis et Nicolai fratrum cariss. et opt.* In tergo tegumenti legimus: *Novellae Theod. Et Valent., et infra 1662*, scilicet numerum bibliothecae Colbertinae, qui etiam f. 1<sup>r</sup> notatur (cf. Montfaucon. II p. 951 E), praeterea *Regius 5181*. Codex constat ex foliis 91.

Ex libro suo Pithoeus pater eas tantum novellas describi voluit, quae editae nondum erant in Sichardiana. Omittuntur igitur in *Δ* Theodosii II. novellae in Breviarium receptae (Marciani novellas Maiorianique omnes praeter nonam et Severi primam in Pithoeano ipso iam defecisse supra vidimus); sed Breviarii Valentinianae I—XI quamquam impressae post Anthemianas describuntur. Praeter Breviarii Theodosianas (I—XI) etiam index quinquaginta novellarum, quae sub Theodosii nomine in sylloge tertia comprehenduntur, ab amanuensi praetermittitur. Incipiens igitur a novella XII 'de patrimonialibus' (= Theod. 5) et rubrica et indice et praescriptis liber caret. F. 1<sup>r</sup>—58<sup>v</sup> novellae Theodosianae et Valentinianae extra Breviarium positae continentur, quae \**Δ* fol. 94<sup>v</sup> enumerantur; de ordine earum in capite primo (p. XIX sqq.) egi. F. 58<sup>v</sup>, praescripto *L. Novellae divi maioriani de adulteris*, sequitur Maiorian. 9; f. 59<sup>v</sup>—64<sup>v</sup> praemisso indice, cui praescribitur *Incipiunt tituli legum divi anthemi aug.*, habentur nov. Anthemii 1 — 2 — 3 sub praescripto *Incipit lib legum divi anthemi augusti*. Foliis denique 64<sup>v</sup>—91<sup>r</sup>, praescriptis *Incipit liber divi Valentiniani augustini* (sic) *impressus*, novellae Valent. in Breviarium receptae cum interpretatione describuntur; in fine subscribitur *Explicit deo gratias*. — Deficiunt nov. Theod. 15, 2 — 17, 2 — Valent. 1, 1 — 1, 2 — 2, 1 — 2, 3 — 2, 4 — 15 in omnibus tertiae syllogae libris omissae et Brev. nov. Valent. 35.

*Emendationes*

Emendationes manus secundae, quam P. Pithoei filii esse certum est, liber plerasque subiit aut inter versus textui insertas aut in margine adscriptas. Sed exceptis paucis, de quibus infra agemus, coniecturae sunt vocabulis 'ἴσως', 'lego', 'legimus', 'malim', 'deesse videtur', aliis notatae; pleraeque nota *Pithoeus* in apparatu a me significatae P. Pithoeo filio ipsi, aliae notam *Cuiacius* prae se ferentes Cuiacio tribuendae sunt. Confirmant hoc verba Pithoeanae praefationis: *Eas* (scil. Parisini 4420 novellas) *ego tandem*

a fratribus acceptas . . . et avidissime perlegi et quae in eis vel antiqui scriptoris vel amanuensis paterni negligentia aut imperitia errata erant, religiose, ut par est, et quasi suspensum manu, emendavi. Statim autem ad te (scil. Cuiacium) misi . . . ut reliqua, si qua sunt, a me deposita (ex parte stellulis notata et in  $\Delta$  et in Pithoeana editione) persanares.

Ex his emendationibus Cuiacianis eas, quae auctorem suum manifeste proclamant, sub nota  $\Delta^s$  subieci; quae aut in  $\Delta$  litteris 'C' vel 'Cu' significantur aut in adnotationibus Pithoeanae a. 1571 editionis (nobis *Pith. [ed. adnot.]*) expressis verbis ad Cuiacium aut 'doctorem meum' referuntur:

*Coniecturae  
Cuiacii  
(Cuiacius =  $\Delta^s$ )*

- Theod. 5, 3, 11 contatos] cunctatus  $\Delta O$  *Pith. (ed.)*, 'iōws' comitatus  $\Delta^s$  (f. 3<sup>r</sup>), 'Cuiacius putat legi posse' comitatus *Pith. (ed. adnot.)* ad f. 2<sup>v</sup>
- 23, 5 cum voti causa per heracleotanam] cum voti causa per heracleonam  $\Delta^s$  (f. 28<sup>v</sup>) *Pith. (ed. adnot.)* ad f. 20<sup>v</sup> ('doctor meus emendat'). *Cui. ed. 2 (marg.)*, convocati (cum vocati *Pith. [ed.]*) causa per eracleo tantam (heracletantem *Pith. [ed.]*)  $\Delta$  *Pith. (ed.)*
- Valent. 30, 7 primatus]  $\Gamma\Delta^s$  (f. 38<sup>v</sup>) *Pith. (ed. adnot.)* ad f. 28<sup>r</sup> ('quod Cuiacio videtur'). *Cui. ed. 2 (marg.)*, privatos  $\Delta$  *Pith. (ed.)*
- 30, 12 praecipiat] propiet  $\Delta$  *Pith. (ed.)*, 'iōws' properet 'C.'  $\Delta^s$  (f. 39<sup>r</sup>), properet 'quod Cuiacio videtur' *Pith. (ed. adnot.)* ad f. 28<sup>r</sup>. *Cui. ed. 2 (marg.)*
- 34, 12 fere]  $O$ , ferte  $\Delta$  *Pith. (ed.)*, terrae 'Cu.'  $\Delta^s$  (f. 43<sup>r</sup>), 'doctor meus legit' terrae *Pith. (ed. adnot.)* ad f. 31<sup>r</sup>. *Cui. ed. 2 (marg.)*
- 34, 13 vicenarum]  $O\Delta^s$  (f. 43<sup>r</sup>) *Pith. (ed. adnot.)* ad f. 31<sup>r</sup> ('doctor meus legit'). *Cui. ed. 2 (marg.)*, vicinarum  $\Delta$  *Pith. (ed.)*
- 34, 14 perire]  $\Delta O$  *Pith. (ed.)*, per se  $\Delta^s$  *Pith. (ed. adnot.)*: 'doctor meus legit'. *Cui. ed. 2 (marg.)*
- 3, 32 honorem]  $\Gamma\Delta^s$  (caracterem 'Cu.' f. 45<sup>v</sup>) *Pith. (ed. adnot.)* ad f. 32<sup>v</sup> ('an characterem 'an potius' honorem 'quod Cuiacio magis probatur'). *Cui. ed. 2 (marg.)*, hanc rem  $\Delta$  *Pith. (ed.)*

Longe maxima vero emendationum pars ad P. Pithoeum filium ipsum pertinet ( $\Delta^s$ ) et in Pithoeanae editionis textum vel appendixem recepta est. Sed anecdotas tantum novellas, scilicet eas, quae Cuiacianae priori a. 1566 editioni non inerant, Pithoeus emendationibus instruxit. Editarum, quarum textum uncis inclusit, tres neque emendavit neque in editionem suam recepit (scilicet XVII = Theod. 12 — XXIII = Valent. 17 — XXXV = Valent. 26), quattuor quamquam non emendatas tamen in editione denuo typis exprimendas curavit (scilicet XXXII = Theod. 25 — XXXIII = Theod. 26 — XXXVII = Valent. 28 — XXXVIII = Valent. 36). Duae vero ex parte tantum a Cuiacio divulgatae et emendatae sunt in  $\Delta$  et in Pithoeanam receptae (scil. XXXI = Theod. 24 — XVIII, 2 = Valent. 8, 2). Innumeras emendationes, quae coniecturae speciem prae se ferunt, afferre otiosum est.

*Coniecturae  
P. Pithoei filii  
(Pithoeus =  $\Delta^s$ )*

Secernendae autem ab iis sunt variae quaedam lectiones ad Anthemianas solas adscriptae et vocabulis 'vet.' vel 'm. vet.' vel 'alterum exe(m)p(lar)' vel 'vet. alter. ex.' vel 'alias' hic illic notatae, quae ex Parisino 4412 (nobis  $\mathcal{E}$ : vide p. L), tunc temporis P. Pithoei, depromptae sunt; quarum nonnullas nota  $\Delta^{\mathcal{E}}$  a me signatas subieci:

- Anthem. 1, 2/3 ingruentium]  $O\Delta^s$  ('iōws') *Pith. (ed.)*, ingenium  $\Delta$ , ingentium  $\mathcal{E}\Delta^{\mathcal{E}}$  ('vet.')
- 1, 12 suas]  $\Delta O$  *Pith. (ed.)*, om.  $\mathcal{E}$ , 'deest in vet.'  $\Delta^{\mathcal{E}}$
- 1, 14 vetuit]  $O\mathcal{E}\Delta^{\mathcal{E}}$  ('vet.'). *Pith. (ed.)*, venit  $\Delta$
- 1, 34 consortii]  $\Delta O$ , consocii  $\mathcal{E}\Delta^{\mathcal{E}}$  ('alias')
- 2, 5 quoniamque]  $\mathcal{E}\Delta^{\mathcal{E}}$ , et quoniam  $O$ , quumque  $\Delta$  *Pith. (ed.)*
- 3, 14 iure]  $\Delta O$  *Pith. (ed.)*, om.  $\mathcal{E}$ , 'deest in vet.'  $\Delta^{\mathcal{E}}$
- 3, 18/19 idonee e contractu . . . iure communi quod]  $O$ , om.  $\Delta$ , idonee contractum (-am  $\Delta^{\mathcal{E}}$ ) forsitam possedebat utrum iure communi quod  $\mathcal{E}\Delta^{\mathcal{E}}$  ('vet. alter. ex.'). *Pith. (ed.)*

$\Delta^{\mathcal{E}}$  ut concordantem cum  $\mathcal{E}$  in apparatu neglexi; Cuiacii et P. Pithoei coniecturas ita tractavi, ut tractari convenit coniecturas virorum peritorum.

O *Oxonienſis Bodleianus Seldenianus B. 16*, antea Seld. 32, Bodl. 3362 (Haenel, nov. const. 6 = Brev. 19; Mommsen, Theod. I p. LXV sq.), ſcriptus eſt a Willelmo Malmesburienſi inter a. 1125 et 1137. Breviarium ex codice Gallico deſumptum et 'abbreviationi Willelmi de geſtis imperatorum' ſubiunctum continetur f. 138v—227v, Novellae habentur f. 180r—208r. Theodoſianum antecedit novella Theod. 1 ſub rubrica *epiſtola Theodoſii minoris de confirmatione legum antiquarum*; novellae Theodoſii incipiunt a nov. Theod. 2, cuius rubrica ſic eſt: *epiſtola eiſdem ad Valentinianum imperatorem Occidentis*. Singulis legum novellarum libris eiſus imperatoris, cuius leges ſequuntur, vita praemittitur (cf. Haenel, *Brev.* p. LVI not. 120; Stubbs, *Willelm. Malmesb.*, Londinii 1887, I p. CXXXIX), quam rubricarum index excipit. Praeſcripta et ſubſcripta ſunt haec:

F. 180r: *Incipiunt capitula Legum novellarum Divi Theodoſii ad Valentinianum imperatorem occidentis. . . . Expliciunt capitula. Incipit epiſtola eiſdem ad Valentinianum imperatorem occidentis* (= Theod. 2). . . ; f. 191: *Incipit capitula Legum Novellarum Divi Valentiniani Tercii. . . ; f. 203v: Explicii Liber Legum Novellarum Divi Valentiniani Tercii. Incipiunt capitula Legum Divi Martiani. . . ; f. 205v: capitula Divi Maioriani. . . ; Incipiunt Leges Maioriani Imperatoris. . . ; f. 206v: Lex Severi. . . ; f. 207: Capitula Legum Anthemii. . . ; f. 208: Expliciunt Leges Romanorum.*

De legum novellarum ordine in capite primo (p. XIX ſqq., potiſſimum p. XXIII) egi. Novellae in Breviarium receptae adſunt omnes praeter Valent. 21, 2; ex novellis extra Breviarium poſitis (ut in *Δ*) deſunt Theod. 15, 2—17, 2—Valent. 1, 1—1, 2—2, 1—2, 3—2, 4—15—Maiorian. 1—2—3—4—5—6; Anthemianae extant ut in *Δ*.—Interpretationes omnes ſuppreſſae, rubricae pleraeque abbreviatae ſunt, ſive in contextu ſolo ſive in laterculo ſive in utroque. Similiter ſubſcriptiones nonnullae decurtantur (ut Theod. 26—Valent. 8, 2—10—11—19—21, 1—25—27); inſcriptiones paſſim interpolantur (ut Valent. 26—32—Marcian. 1—Anthem. 1—2). Constitutionum denique textus, imprimis in novellis Marciani et Maioriani 7—11, ſumma cum libidine, quamvis docte et ſagaciter, decurtatur vel emendatur. Neque enim ad verbum deſcribere archetypum Willelmi intererat, ſed ſyllogae de rebus Romanis compositae caput inſerere, quod 'legum Romanorum' notitiam praerberet. Haec codicis vitia in ultimis potiſſimum Breviarii partibus inde a Novellis comparent, ad quarum textum recensendum liber multo minus valet quam ad Theodoſianum; nam verae etiam lectiones, quas ſolus exhibet, ſcriptoris doctrinam magis quam boni codicis auctoritatem produnt. Sed hiſ de rebus accuratius in capite ſeptimo agetur.—Ut Theodoſianum, ita Novellas diligenter contulit Anna Parker Oxoniensis.

## B. Decurtati.

Tertiae ſolius ſyllogae decurtati Breviarium novellis ab Alaricianis non receptis plus minusve auctum proponunt, ſcilicet Fuldenſis (nobis *Fuld.*), Vaticanus reginae 1023 (nobis *Σ*), Parisinus 4412 (nobis *Ξ*), Varſoviensis n. 480 (nobis *Ψ*), Berolinensis lat. q. 150 (nobis *Θ*), Parisinus 9652 adiunctis Parisini 4406 foliis 60—67 (nobis *Ω*). Fuldenſis priſtinam ſyllogae noſtrae formam quamvis epitomatus optime praebet. Ab eiſdem generis archetypo atque hic et libri integri *ΔO* pendent codices *ΣΞ* ex libris deſcripti, qui partem tantum novellarum extra Breviarium poſitarum ſervaverant, item codices *ΨΘΩ*, qui ſoli ex libris laudatis ſex primas Maioriani novellas integras exhibent (vide p. XIX ſqq.). Neque aliter reſ ſe habet de Breviarii novellis, in quibus hi libri ceterique huius ſyllogae decurtati Breviarium tantum exhibentes in gravioribus et cum *ΔO* et inter ſe conſentiunt. Ubi diſſentiunt, claſſes tres ſecernuntur, quarum primam *ΣΞ*, alteram *ΨΘΩ* una cum Parisino 4413, tertiam proxime accedentem ad *\*ΔΔ* repraeſentant Fuldenſis neque minus Leidenſis Voss. q. 47 et Parisini 4408. 4411. Hanc rem praeter laterculum p. XLIV ſq. allatum alter ſubiectus demonſtrabit.

Theod. 11 rubr. de tutoribus] de tutoribus pupillis (-orum *O*) nominandis (*om. O*  
[context.]) *ΩΨΘΣΞ Paris. 4413* (hi quinque in context.) cum  
*Burg. 36, 4, def. Δ*

— 11, 30 (int.) donandi] rerum donandi *ΨΘΩΣΞ, def. ΔO Fuld.*



Theod. 16, 95 (int.)	subscribere] sic $\Psi\Theta\Omega\Sigma$ cum <i>HKL</i> , scribere reliqui, def. $\Delta O\Xi$
— 22, 1, 83 (int.)	primitus] prius $\Psi\Theta\Omega\Sigma\Xi$ , def. $\Delta O$ Fuld.
— 22, 2, 153/154 (int.)	communi aestimatione . . . potest] om. * $\Delta\Sigma^1\Xi$ , def. $\Delta O$ Fuld.
Valent. 1, 3, 12	mole] more $\Delta\Psi\Theta\Omega^1$ Leid. Paris. 4408. 4411 cum Paris. 4410, def. $\Sigma\Xi$ Fuld.
— 1, 3, 36	dilationis] dilationibus $\Delta O\Theta\Omega$ Paris. 4413 Leid., def. $\Sigma\Xi$ Fuld.
— 23 inscr.	valentinianus] valens Paris. 4408. 4411
— 23, 18	humatorum] humanatorum (-nitorum $\Theta$ , -niatorum $\Psi^b$ ) $\Delta\Psi\Theta\Omega\Xi$ Paris. 4408 <sup>a</sup> . 4411 cum <i>E</i> , humana natorum Paris. 4414. 4415, def. $\Sigma$ Fuld.
— 25 rubr.	successionibus] susceptoribus $\Delta\Psi$ (context.) $\Theta$ (context.) $\Xi$ Leid., def. $\Sigma$ (context.)
— 25 subscr.	prop.] acc. $\Psi\Theta\Omega$ Paris. 4413, $\bar{a}\bar{a}\bar{a}$ $\Xi$ , om. $\Delta$ , def. $O\Sigma$ Fuld.
— 27, 13	adtestatione] contestatione (-nem $\Omega\Xi$ cum $\Phi$ ) $\Delta\Omega\Xi$ Paris. 4411 et <i>D</i> cum $\Phi$ Paris. 4409. 4410, contestatio $O$ , constitutione (-nem $\Theta$ ) $\Psi\Theta$ , def. $\Sigma$ Fuld. Leid., non collatus Paris. 4408
— 27, 14	scriniorum officia] officiorum scrinia $O\Psi\Theta\Omega\Xi$ et <i>D</i> , def. $\Sigma$ Fuld. Leid.
— 27, 26	meae] nostrae $\Delta O\Psi\Theta\Omega\Xi$ et <i>D</i> , def. $\Sigma$ Fuld. Leid.
— 35, 190 (int.)	unde pulsatur] sic $\Psi\Theta\Omega$ Paris. 4413 et <i>D</i> cum <i>GKL</i> , unde pulsatus <i>NE</i> Paris. 4409, unde pulsatus est $\Xi$ , def. $\Delta O\Sigma$ Fuld., non collati Leid. Paris. 4408
Maiorian. 7, 124 (int.)	custodiri] observari $\Psi\Theta\Omega$

Hic laterculus trium, quas enumeravi, classium et consensus et dissensus declarat. Omnes fere huius syllogae libri consentiunt Valent. 1, 3, 12 — 1, 3, 36 — 23, 18 — 25 rubr. — 27, 13. Primae et secundae classis libri concordant Theod. 11 rubr. — 11, 30 — 16, 95 — 22, 1, 83 — Valent. 25 subscr. — 27, 14 — 27, 26. De primae classis codicibus accuratius infra agetur; observatione dignus est locus Theod. 22, 2, 153/154. Secundae classis librorum, quorum rubricae singulis novellarum libris praemissae prorsus congruunt, communes singularitates ostendunt Valent. 35, 190 — Maiorian. 7, 124. Tertiae denique classis lectiones praeter locos supra p. XLIV sq. allatos (Theod. 2 subscr. — 3 subscr. — 9 subscr. — 20 rubr. — 22 rubr. — Valent. 21, 2 subscr.) illustrat Valent. 23 inscr. — Quibus praemissis ad singularum classium codices describendos aggrediamur.

## I.

Vaticanus reginae 1023 (Haenel, nov. const. 5 = Brev. 24) saec. X in Gallia scriptus  $\Sigma$  ex foliis 134 constat; bibliothecarum signa exhibet haec (vide p. XXVI): 'Ag. VII' — 'Numero 115 N. P. 1656' = 'Volumen CXV non Petavianum' — '197' (= ex bibl. Christinae reginae) — '1169' (cf. Montfaucon. I p. 38). Breviarium omisso Commonitorio f. 2<sup>v</sup>—133<sup>v</sup> continetur deficiens in Gregoriano 4, 11, 2 *marco militi*. F. 2<sup>v</sup> eadem atque in  $\Xi$  rubrica adest, quam in primo capite (p. XVIII) descripsimus; f. 3<sup>r</sup>—16<sup>v</sup> habetur index cum explanatione titulorum. Novellae ex archetypo mutilo descriptae, unde finiunt Valent. 23, 7 *defunctorum*, insunt f. 53<sup>r</sup>—63<sup>v</sup>. — Altera eiusdem fere aetatis manu in marginibus fol. 53<sup>v</sup> et 55<sup>v</sup> adscribuntur novellarum Theod. 3 et 15 interpretationes in archetypo deficientes; ad eandem manum referendae sunt textus neglegenter scripti emendationes et inter versus ( $\Sigma^1$ ) et in margine ( $\Sigma^v$ ) additae.<sup>1)</sup>

<sup>1)</sup> In inferiore folii 64<sup>v</sup> margine eiusdem manus verba allata sunt, quae in pluribus epitomae Aegidianae codicibus Breviarii novellae Theod. XI, 1 (= Theod. 22, 1) subiuncta reperiuntur (cf. Haenel, *Brev.* p. 271; Conrat, *Quellen und Litteratur* p. 226 not. 1): 'Si quis alias sententias que hic non continentur ex ipsius theodosii vel aliorum auctorum libri corporis (librorum corpore Aegid.) presentaverit, in omnibus vacuetur (vacuentur Aegid.), quia pro ipsa lege (pro pro ipsa lege in Aegidianis legitur ipsa) per valentinianum perit roma et cecidit romana potestas. hoc repperi scriptum. Verba haec satis obscura ubi repperit, alterius manus auctor non dicit.

Σ *Parisinus 4412* (Haenel, nov. const. 4 = Brev. 23; Mommsen, Theod. I p. XCVIII) ex partibus tribus saec. IX scriptis constat, quas Haenelius (*Brev.* l. 1.) descripsit; hodie supersunt folia 134. Codex aliquando P. Pithoei, cuius nomen foliis 1<sup>r</sup>, 8<sup>r</sup>, 9<sup>v</sup>, 73<sup>v</sup>, 126<sup>v</sup>, 127<sup>r</sup> inscribitur, deinde Iac. Aug. Thuani (f. 1<sup>r</sup>), postea in bibliothecam Colbertinam venit numerumque accepit 904 (f. 1<sup>r</sup>; cf. Montfaucon. II p. 937 B), in Regiam denique Parisinam translatus numero 5159 signatus est. Breviarium praemisso Commonitorio continetur f. 8—126: post rubricam f. 8<sup>r</sup> propositam index cum explanatione sequitur (f. 8<sup>v</sup>—15<sup>r</sup>, folio uno post f. 10 exciso); Theodosianus inest f. 15<sup>r</sup>—55<sup>v</sup>, Novellae habentur f. 55<sup>v</sup>—71<sup>r</sup>, 124<sup>v</sup>—125<sup>v</sup>. — Liber mendorum plenus hac re codici praecedenti praestat, quod extremam novellarum partem inde a nov. Valent. 23 servat. — Varias lectiones ad Anthemianas pertinentes P. Pithoeus filius ex nostro codici Parisino 4420 (nobis Δ) adscripsit (Δ<sup>ε</sup>, vide supra p. XLVII); libro praeterea usus est Franciscus Pithoeus in apparatu exemplaris Cuiacianae prioris Paris. Réserve F<sup>2</sup>.

ΣΕ Novellarum indicem, qui in utroque libro ad verbum fere congruit, in capite primo (p. XIX sqq.) tractavi: Theodosianae Valentianae Marcianae Maiorianae habentur Σ f. 9<sup>v</sup>—10<sup>v</sup>, Ε f. 11<sup>r</sup>—12<sup>r</sup>, Anthemianae Σ f. 16<sup>r</sup>, Ε f. 15<sup>r</sup>; post Anthemianas legitur: *Expliciunt capitula legum feliciter* (l. fel. om. Ε). Ex numeris, qui singulis constitutionibus praemittuntur, utriusque libri archetypum easdem totidemque novellas complexum esse apparet quot Fuldensem neque minus Pithoeani deperditi et Oxoniensis archetypum. Sed in libris, ex quibus ΣΕ descripti sunt, iam exciderunt Theod. novellae Breviarii III (Theod. 3), IV (Theod. 9), VIII (Theod. 15, 1), extra Brev. tituli XII—XVI (Theod. 5. 6. 7. 8. 10), XVIII (Theod. 18), XVIII, 1 (Valent. 8, 1), XX—XXIII (Valent. 9. 10. 12. 13), XXV—XXX (Valent. 16. 20. 24. Theod. 19. 21. 23), XXXIII (Valent. 2, 2), XXXVI (Valent. 30), XXXVIII (Valent. 29), XL—L (Valent. 34. 3. 4. 5. 6. 7. Theod. 4. 17, 1. Valent. 11. 22. Maiorian. 9), Brev. nov. Valent. II (Valent. 18), VII (Valent. 1, 3), X (Valent. 32), Marcian. II, Maiorian. I (Maiorian. 7), extra Brev. nov. Maiorian. III. IIII (Maiorian. 1. 2), VI. VII (Maiorian. 4. 5), Severi Brev. I. — In contextu singulis Novellarum libris haec praescribuntur:

Σ f. 53<sup>r</sup>, Ε f. 55<sup>v</sup>: *Incipiunt tituli legum novellarum* (novelli Σ) *divi Theodosii a.* (th. a. om. Ε); sequuntur in Σ Breviarii novellae quae in indice notantur decurtatae deficientibus inscriptionibus et constitutionibus ipsis; novellae Theod. 2 inscriptio sola adest. In Ε eadem habentur, sed folio uno post f. 55 exciso desunt Theod. 11, 32 *minoribus* usque ad Theod. 16, 97 *nihil detrahitur*; Theod. 3 (in Σ aequae ut Theod. 15 altera manu adscripta) omittitur, ut in indice. — Deinde in utroque libro integrae exhibentur novellae extra Breviarium in indice allatae Theod. 12. 24. 25. 26. Valent. 8, 2. 17. 26. 28. 36.

Σ f. 64<sup>r</sup>, Ε f. 63<sup>v</sup>: *Incipiunt novellae* (novelli Σ) *divi valentiniani* (valint Ε) *aug.* (ag Ε) *tituli* (-la Ε) *legum divi valent. aug.* (ag Ε); sequuntur novellarum Brev. Valent. in indice laudatarum interpretationes et subscriptiones, nisi quod in Ε integrae servantur nov. Valent. 23 et 27 (Σ deficit in nov. Valent. 23, 7 *defunctorum*).

Ε f. 70<sup>r</sup>: *Incipit novellae divi marci a.*; sequuntur nov. Marciani 1. 3. 4. 5 interpretationes et subscriptiones.

Ε f. 70<sup>v</sup>: *Incipit novellae divi maioriani a.*; sequuntur Maiorian. 11 int. subscr., Maiorian. 3 inscr. text. subscr.

Ε f. 71<sup>r</sup> subscribitur: *Expliciunt libri novellarum V*; sequuntur et in Ε f. 72<sup>r</sup>—124<sup>v</sup> et in Σ f. 64<sup>r</sup>—133<sup>v</sup> *stemmata graduum*, Gaius, Paulus, Gregorianus (Σ terminatur 4, 11, 2 *marco militi*), in Ε solo Hermogenianus, Papinianus.

Ε f. 124<sup>v</sup>: *Incipiunt tituli divi anthemi a.*; sequuntur Anthem. 1. 2. 3 inscr. text. subscr.; f. 126<sup>v</sup> subscribitur: *Explicit leges divi anthemi. aug.* (manu recentiore add. *Expl. lib. legum felicit. amen*).

Contuli codices Σ et Ε Romae et Parisiis a. 1901.

## II.

Ψ *Varsoriensis bibliothecae universitatis n. 480* (Haenel, nov. const. 9 = Brev. 36; Zeumer, MG. Legum Sectio V p. 131; Mommsen, Theod. I p. XCIX) saec. IX exeunte scriptus, olim Lingonensis, deinde Claromontanus n. 617, tum Ioh. Meermanni n. 600, postea Friderici

L. Kelleri (cuius bibliothecae signum habetur f. 2<sup>r</sup>), constat ex foliis 269. Codex quid complectatur Haenel (*Brev.* l. 1.) enumerat. Breviarium praemisso Commonitorio continetur f. 1—206<sup>r</sup>; singulos libros titulorum index praecedit. Novellae insunt f. 89<sup>v</sup>—124<sup>v</sup>; ex Breviarii constitutionibus ipsis servantur Valent. 1, 3 — 18 — 23 — 27; reliquarum inscriptiones, subscriptiones (om. Valent. 19 — Marcian. 2), interpretationes (om. Theod. 1, cuius locum obtinet Theod. 2 interpretatio iterata) tantum habentur. Praeterea f. 112<sup>r</sup>—124<sup>v</sup> post Maioriani novellas duas in Breviarium receptas novellae Maioriani 1—6 integrae adsunt praeter nov. Maioriani 3 subscriptionem; nov. Maiorian. 2 et 5 subscriptiones transponuntur: illa Maiorian. 3 inscriptionis verbis inseritur, haec post Maiorian. 6 inscriptionem additur. — Codicem missum Berolinum a. 1902 contuli.

*Berolinensis lat. quart. 150* (Haenel, nov. const. 10 = *Brev.* 37) saec. X scriptus ex ⑥ foliis 189 constat; foliorum primi et ultimi, quae postea adiuncta sunt, adnotationes pluribus manibus diversisque temporibus scriptae originem libri explanant.<sup>1)</sup> Unde nostrum saec. XII et XV adservatum esse apparet in S. Lubentii monasterio quodam in Treverorum dioecesi sito. Lubentium autem, amicum Maximini episcopi Trevirensis, saec. IV presbyteri honore functum esse in ecclesia Cubrunensi 'in vico Cubruno' (hodie Kobern ad Mosellam), tum super fluvium Longanam (nobis Lahn) in ecclesia, cui nomen est Dietkirchen, sepultum esse traditum habemus (*Acta SS. LIV* Octobris VI p. 202 sq.; *MG. Scriptores* 8 p. 153 c. 19 in fine; *Annales Trevirenses* I p. 236). Ad Trevirensis dioecesis utrumque monasterium et Cubrunense et Dietkirchense pertinet; alteriutri igitur liber noster tribuendus est. Quamdiu ibi manserit incertum est; hoc tantum constat initio saeculi XVIII fuisse eum in clerici cuiusdam Vratislaviensis manibus (Haenel, *nov. const.* p. XV); a. 1830 in regiam bibliothecam Berolinensem venit numero signatus 'Cat. Acc. Mstorum 237'. — Novellae continentur f. 81<sup>v</sup>—113<sup>v</sup>; folium 100<sup>r</sup> post novellas Marciani expletas et f. 100<sup>v</sup> litteris vacant. Liber prorsus concordat cum praecedente *Ψ*: ex Breviarii constitutionibus ipsis adsunt Valent. 1, 3 — 18 — 23 — 27, reliquarum novellarum non extant nisi inscriptiones, subscriptiones (om. Valent. 19 — Marcian. 2), interpretationes (iterata Theod. 2 pro Theod. 1 omisa). Sex primae Maioriani novellae integrae (excepta Maiorian. 3 subscr.) f. 100<sup>r</sup>—113<sup>r</sup> servantur. Librarius nov. Theod. 13 interpretationem, Theod. 14 rubricam inscriptionem subscriptionem omisas in margine addit. Altera eiusdem aetatis manus (⑦) in margine f. 102<sup>r</sup> novellae Maioriani 11 verba ab epitome Aegidiana servata (7 *si quispiam* . . . 12 *consecrari*) adiecit. — Contuli novellas praeter Breviarii interpretationes, quas passim examinavi, totas.

*Parisinus 9652* (antea Suppl. Lat. 779), adiunctis, quae quaternionem XIII ex eo avulsum repraesentant, *Parisini 4406* foliis 60—67 (Haenel, nov. const. 7/8 = *Brev.* 35; Mommsen, *Theod.* I p. XCIX), inter huius classis codices primum locum obtinet. Saec. IX exeunte satis accurate scriptus et in cathedralis Bellovacensis bibliotheca capitulari adservatus quaterniones XXI integros et folia quattuor continebat. Postea fuit Antonii Loiselli Bellovacensis, cui Cuiacius, ut in praefatione editionis prioris a. 1566 testatur, novellas Maioriani 1—6 ex nostro tum primum divulgatas debuit. Codicem a Loisello transmissum esse Cuiacio manifestum est neque minus verisimile fit ab hoc commodatum eum esse P. Pithoeo filio. Documento sunt adnotationes<sup>2)</sup> variaeque lectiones in Sichardianae exemplari Paris. Réserve F 380 Pithoei manu adscriptae. Bellovacensis, quem post fratrem

<sup>1)</sup> F. 1<sup>r</sup> saeculi XV manu scriptum est: *Incipit liber legū et auctas alarici regē | leges theodosianę lib. XVI | liber novellarū divi theodosii | valentiniani marciāni maioriani severi | gay pauli senar V | sacri lubentii in . . . .* (litterae a me omissae fere evanuerunt) | *trevēr dioecēs*. — F. 1<sup>v</sup> post alia saec. fere XII scripta habentur: *iste liber sci lubentii est*. — Folio denique 189 iam tripartito, sed mutilo, quod eodem atque folium primum tempore codici adfixum est, saeculi XII laterculus inest, in quo col. III v. 8 sqq. legitur: *presbri ordi[nis . . . .] | ebdoma[dari . . . .] | Baselin. Ebd[omadarius sci?] lubentii. Here[. . .] cet.*

<sup>2)</sup> F. 84<sup>v</sup> ad finem Theodosiani adnotatur: 'In vet. cod. Bel. seq(uitur) Tit. de Episcopali iudicio. Imp. Arcad. et Honor. et Theod. AAA. Ablavio PP.' (= Sirmond. 1: Paris. 9652 f. 76<sup>r</sup>); porro f. 119 ad finem novellarum Maioriani: 'In vet. cod. Eccl. Bel. in quo erant fere interpretation(es) tantum harum novellarum hoc loco sunt 6 Novellae integrae' (sequuntur novellarum

Fr. Pithoeus in apparatu Cuiacianae exemplaris Paris. Rés. F<sup>s</sup> adhibuit, num Bellovacum ad Loissellum redierit non constat; hoc quidem certum mihi videtur quaternionem XIII a Petro Pithoeo avulsum esse. Qui frustum, subscripto nomine suo in fine (f. 67<sup>v</sup>), aliorumque librorum lacinias in unum volumen (scilicet Parisinum 4406) congegessit et emendationes (*Ω*<sup>s</sup>) passim adscripsit. — Parisinus 9652 recentiore aetate Lugduni fuit in bibliotheca Gay, post cuius mortem a. 1834 Parisios in regiam bibliothecam translatus est. — Codici *Ω* inest Breviarium praemisso Commonitorio; suus quemque librum titulorum index praecedit. Breviarii Novellae decurtatae continentur f. 76<sup>v</sup>—95 Parisini 9652 (usque ad Maiorian. 7, 135 *curialem accipere*), f. 60/61 Parisini 4406 (inde a Maiorian. 7, 135 *notuerit maritum*), f. 98 Parisini 9652 (Severi 1); ut in *ΨΘ* ex constitutionibus ipsis extant Valent. 1, 3 — 18 — 23 — 27, reliquarum inscriptiones, subscriptiones, interpretationes. Maioriani novellae 1—6 extra Breviarium positae, ut in codicibus laudatis, integrae habentur f. 61<sup>v</sup>—67<sup>v</sup> Parisini 4406 (usque ad Maiorian. 6, 72 *alendis et locuple*), f. 96—98<sup>r</sup> Parisini 9652 (inde a Maiorian. 6, 72/73 *tendis filiis*). — Saeculi X manus inter versus, rarius in margine, verborum explicationes (ut in Parisino 4413) adiecit. — Codicem Parisiis a. 1901 contuli.

*ΨΘΩ* Libros *ΨΘΩ* in iis, quae ex Novellis habent, vix differre vidimus. Ad lectiones quod attinet, *ΨΘ* (hic illic accedente, quem infra tractabo, Parisino 4413) saepe numero ab *Ω* discedunt verum vel vero propiora offerente, ut ex apparatu cognosces (cf. Theod. 14, 81 — 22, 2, 169 — Valent. 1, 3, 27 — 18, 24 — 23, 51/52 — 27, 42 — 31, 56 — 32 rubr. — 35, 119. 160. 200). Neque aliter res se habet de novellis Maioriani 1—6; ubi enim libri *Ω* et *ΨΘ* dissentiant, ille praefendus est (ut Maiorian. 2, 49 — 2, 63 — 4 rubr. — 4, 9 — 4, 10 — 5, 19 — 6, 83), rarius tantum his cedit (ut Maiorian. 1, 2 — 2 inscr.). Rarissime *Ψ* et *Θ* discedunt (ut Valent. 23, 45 — 27, 17).

*Paris. 4413* *Parisinus 4413* (Haenel, nov. const. 31 = Brev. 31; Flach, Études critiques [Paris. 1890] p. 82 sqq.; Mommsen, Theod. I p. XCVIII) Baiocassis in monasterio Normanniae a. 832 a Regenardo clerico scriptus, ut verbis Breviario f. 157<sup>r</sup> subiunctis declaratur, aliquando Bigotianus, deinde Memmianus 97, tum in regiam bibliothecam Parisinam translatus est et signatus 4890<sup>s</sup> (cf. Montfaucon. II p. 753 B). Constat ex foliis 157, quae Breviarium sine Commonitorio, suo cuique libro indice praemisso, continent. Novellae insunt f. 68<sup>v</sup>—98<sup>r</sup>; Maiorianae 1—6 quamquam desunt, in reliquis codex proxime accedit ad libros praecedentes *ΨΘΩ*: praescripta et subscripta ad verbum fere cum iis consonant; exceptis nov. Valent. 1, 3 — 18 — 23 — 27 non extant nisi constitutionum inscriptiones, subscriptiones (om. Marcian. 2), interpretationes. — Codicem, quem Fr. Pithoeus adhibuit, Parisiis a. 1901 examinatum in apparatu raro laudavi.

*Paris. 9653* *Parisinus 9653* (Suppl. Lat. 65; Haenel, Brev. 27; Mommsen, Theod. I p. XCIX), aliquando Io. Anton. Lescurii, cuius nomen foliis 3<sup>r</sup>, 4<sup>r</sup>, 5<sup>r</sup>, 22<sup>r</sup> inscriptum est, a. 1609 emptus a Claudio Expillio Gratianopolitano, tum in regiam bibliothecam Parisios translatus, constat ex foliis 158 a tribus librariis saec. IX exaratis, quibus bina folia et in principio et in fine adglutinata sunt. Liber quid complectatur, Haenel *Brer.* p. LXII sq. enarrat. Breviarium praemissis indice et prologo legum (cf. Mommsen *l. l.*) continetur f. 36<sup>v</sup>—158, Novellae insunt f. 100<sup>v</sup>—119<sup>r</sup>. Ex constitutionibus ipsis integrae extant Valent. 1, 3 — 18 — Marcian. 1 — Maiorian. 11, particulae textus servantur novellarum Theod. 3 (exhibentur nomina sectarum v. 81 sq. enumeratarum) — 11 (finit 24 *obnoxia*) — Valent. 23 (finit 33 *infamia*, redit 48 *cuius*, deficit 49 *facultatem*) — 27 (finit 40 *servari*, redit 48 *scilicet ut*, deficit 55 *conservent*). Subscriptiones desunt, exceptis Valent. 32 — Marcian. 2 — Maiorian. 7 — 11. — Codex negligentissime a librariis imperitis descriptus, quem Parisiis a. 1901 examinavi, cum ad novellarum textum recensendum nihil valeat, in apparatu vix allatus est.

Maioriani 1—6 rubricae, ut in codicis nostri contextu habentur, nisi quod Maiorian. 6 pro *successionibus* scribitur *successione*; f. 120 denique ad nov. Severi 1, 16 notatur: 'Intelligit legem 'Maioriani de Sanctimonialib' et viduis et success' earum' (= Maiorian. 6) 'quae est in vet. lib. 'Eccles. beluacensis et plura habet capita ex quib' unum hoc hac lege probatur.'

III.

*Fuldensis D. 1* (Haenel, nov. const. 3 = Brev. 45; Zeumer, MG. Legum Sectio V p. I; Mommsen, Theod. I p. C) saec. VIII ineunte in Gallia a pluribus librariis pessime scriptus, antea monasterii Weingartensis, unde a. 1805 Fuldam translatus est, constat ex foliis 184, quibus in principio et in fine singula folia adiuncta sunt; quaterniones litteris A—X signantur. Liber praeter formulas Andecavenses (f. 136—184) nonnullasque Isidori sententias Breviarium epitomatum sub titulo *scintilla de libro legum* continet; index praemittitur, de quo accuratius in capite primo (p. XVIII) egi. Tertiae enim syllogae archetypi ordinem et formam optime explanat, nisi quod Paulus Theodosianum excipit, Gaius Gregorianus Hermogenianus novellas Marciani antecedunt. Cuius indicis tituli et numeri, quoad ad Novellas pertinent, plane concordant cum \**ΔΔΣΣ*. Easdem, quas index enumerat novellarum titulos, contextus exhibet (quat. N f. 8 — q. R f. 4), sed frustra tantum miserime truncata habentur, sive interpretationum sive constitutionum ipsarum. Particulae hae quid complectantur ad singulas novellas notavi. Ex Breviarii novellis prorsus deficiunt Theod. 22, 2 — Valent. 21, 1, ex ceteris Theod. 5, 2 — 5, 3 — 7, 1 — 7, 2 — 7, 3 — 10, 2 — 17, 2 — Valent. 1, 1 — 1, 2 — 2, 1 — 2, 3 — 2, 4 — 6, 1 — 6, 2 — 7, 2 — 7, 3 — 8, 1 — 15 — Maiorian. 1 — 2 — 3 — 4 — 5 — 6. — Inter Hermogenianum et novellas Marciani insertae leguntur et in indice (f. 13<sup>r</sup>; vide p. XVIII) et in contextu (f. 128<sup>v</sup>), praescriptis *Incipit lib̄ papilianus sponsaliorum* (in indice *papianus sponsaliorum*), novellae Severi 2 particula sub Papiniani Alariciani rubrica *I. De pactis inter virum et uxorem* et Theod. 9, 1, 18 interpretatio sub rubrica *II. De reorum custodia*. Subieci verba a Scherer Fuldensis bibliothecae praefecto liberalissime mecum communicata:

*Expl̄. Ermogenianus. Incipit Lib̄ | Paipilianus (corr. ex papilianus) Spun|saliorum. | I. De Pactis (sic in context., pactis in lat.) Int̄ Virū et Uxorē | Si quis servi vel colonis se crediderent copolandus agnacionē | errarum add̄s dominis ptenirent | quorum inquinus vel coloni fuisse consteterit | II. De Reorum Custodia. | Rei non multo tempore in carcere vel in custodia ten|antur sed celeriter aut innocentis absolvantur aut si con|victi fuerint criminosis intencia puniatur | Explicit Lib̄ Papiani incipiunt tituli dei Marciani.*

'Divi Maximi' denique qui dicitur fragmentum informe, quod supra (p. XXIV not.) dedi, in Fuldensi solo f. 13<sup>v</sup> et 132<sup>v</sup> reperitur. — Codicem praeter locum supra allatum ipse contuli Berolinum missum.

*Leidensis Vossianus lat. quart. n. 47* (Haenel, nov. const. 36 = Brev. 25; Mommsen, Theod. I p. XCVI) saec. X in Gallia a pluribus librariis scriptus, olim 'S. Iuliani M. 39', postea 'ex bibliotheca viri illustr. Isaaci Vossii 207', a. 1716 inter bibliothecae Universitatis Leidensis libros relatus, constat ex foliis 155. Breviarium in fine mutilum continetur f. 2—155. Novellae insunt f. 79<sup>r</sup>—95<sup>v</sup>; ex constitutionibus ipsis adsunt Valent. 1, 3 — 18 (incipit 14 *quisquis manichaeorum*) — 27 (incipit 36 *de originariis*); nov. Valent. 23 inscriptio et textus pars (inde a 26 *quisquis* usque ad 51 *monstraverit*) sub praescripto *item alia interp̄* novellae Valent. 18 inseruntur, textus extrema pars et subscriptio suo loco reperiuntur. Reliquae novellae inscriptionem, subscriptionem, interpretationem praebent; desunt Theod. 9 tota, Theod. 3 inscr.; decurtantur inscriptiones Theod. 1 — 2, subscriptiones Valent. 32 — Marcian. 2 — Maiorian. 11. — In subscriptionibus librum saepenumero cum \**ΔΔ* et Parisino 4408 consentire laterculus p. XLIV sq. propositus docet. Propriae Leidensi sunt interpolationes quaedam; commemoratione dignum est novellae Theod. 2 'de confirmatione legum novellarum divi Theodosii A.' rubricam hunc in modum mutari: *de publicatione id est confirmatione legum novellarum (om. a) domino th̄. post theodasianum (sic) codicem latorum*; quae, si interpolata non est, lectionem fortasse servat corporis Valentiniani a. 448 publicati. — Codicis Berolinum missi rubricas, inscriptiones, subscriptiones contuli, lectiones selectas examinavi.

*Parisinus 4408* (Haenel, nov. const. 27 = Brev. 29; Mommsen, Theod. I p. XCVII) *Parisin. 4408* saec. IX scriptus, inter Christinae reginae libros numero '438', in regiam bibliothecam Parisios translatus numero 5183 signatus, constat ex foliis 216. Breviarium praemisso Commonitorio continetur f. 11<sup>v</sup>—216; singulos libros titulorum index praecedit. Novellae

insunt f. 102<sup>r</sup>—129<sup>v</sup>, foliorum ordine inverso, ita ut f. 107 post f. 110, f. 115 post f. 116 legere oporteat. Constitutionum Valent. 1, 3 — 18 — 23 — 27 verba servantur, reliquarum inscriptiones, subscriptiones, interpretationes tantum exhibentur, sed nonnumquam inter subscriptionem et interpretationem textus sive principium sive finis extat. Codex, ut Leidensis, prorsus neglegendus esset, nisi subscriptionibus polleret (vide p. XLIV sq.). Commemoratione porro dignum videtur Theod. 16 inscriptionem, ut in \**ΔΕΚΛ*, ita in nostro interpolari. — Contuli Parisiis a. 1901 inscriptiones, subscriptiones omnes, constitutionum Valent. 1, 3 — 18 — 23 — 27 lectiones selectas.

*Parisin. 4411* *Parisinus 4411* saec. IX (Haenel, nov. const. 30 = Brev. 22), olim Colbertinus 4209, tum Regius 5183 (cf. Montfaucon. II p. 986 B), ex foliis 191 constat. Breviarium decurtatum praemisso indice continetur f. 1—19. 21—117. 120. 20. Novellae incipiunt f. 87, terminantur f. 117<sup>v</sup> in nov. Severi 1, 24/25 sive ad alias nuptias venerit nec. Sequitur f. 118/119 legis Salicae fragmentum ex alio codice depromptum, tum Gaius Paulus Gregorianus. Integrae supersunt novellae Valent. 1, 3 — 18 — 23 — 27 — 35 — Maiorian. 11 — Severi 1 (def. 24/25); reliquarum inscriptiones et textus verba desunt (constitutionis Theod. 1 verba ultima extant inde a 45 *industriis et*); subscriptiones neglegenter scriptae alia eiusdem aetatis manu adduntur (omittuntur Theod. 16 — Valent. 1, 3). — Varias ex libro nostro lectiones, potissimum ad nov. Valent. 35 pertinentes, Franciscus Pithoeus Cuiacianae prioris exemplari Paris. Réserve F<sup>2</sup> adscripsit. — Codicem, quem Parisiis a. 1901 contuli, in apparatu passim adhibui.

*Vatican. reg. 1050* *Vaticanus reginae 1050* saec. X (Haenel, Brev. 76 et in libello gratulatorio in Caroli de Savigny honorem a 1850 scripto [vide p. XXIX] p. 3 sqq.; Merkel, MG. LL. III p. 623 sq.; Mommsen, Theod. I p. C), antea Alexandri Petavii fuit, cuius nomen f. 6<sup>r</sup> inscriptum est, tum Christinae reginae n. 379 (cf. Montfaucon. I p. 22. 93). Ex diversorum eiusdem aetatis codicum laciniis librum compositum esse quaternionum ratio docet. Praefixa enim sunt quattuor folia (numero 49<sup>3</sup> signata), quibus fragmenta theologica insunt; sequuntur quaterniones XV litteris A—T signati (f. 5—123), tum quaterniones duo numeros XXV. XXVI exhibentes, qui continent legem Ribuariorum et legis Alamannorum partem (f. 124—139), et tertius Z legis Salicae particulam tradens (f. 140—147); quos denique excipiunt alteri duo litteris XY notati et folia duo (f. 148—165). Ex pristini codicis quaternionibus litteris A—Y signatis quinque exciderunt, scilicet D — E — M — R — V, praeterea folium unum; quaterniones tres, scilicet XXV — XXVI — Z, adiecti sunt: hodie igitur constat ex foliis 165. Quid contineat, Haenelius (*Brev. l. l.*) enarrat. Breviarium inest foliis 14<sup>v</sup>—118<sup>r</sup>. Novellarum index accedentibus Gaii Pauli Gregoriani Hermogeniani Papiniani rubricis, quae ut 'novellae' vel 'novae' opponuntur 'veteribus' (scil. Theodosiano), sub praescripto *Incipiunt capitulationes tituli legis Novellarum* f. 61<sup>r</sup>—68<sup>v</sup> exhibetur. Contextus novellarum ipsarum quaternione M exciso f. 76<sup>v</sup> terminatur in nov. Valent. 27, 55 *parens*. Servantur constitutiones Valent. 18 — 23 (finit 3 *persequendo*, redit 26 *quisquis*) — 27 (incipit 27 *constituens*, finit 55 *parens*); reliquarum novellarum interpretationes tantum extant. Breviario f. 118<sup>r</sup> subscripta est rubrica a Mommseno *l. l.* descripta, quacum conferas rubricam librorum ΣΣ Breviario praescriptam (vide p. XVIII). Sequitur novellae Severi 2 inscriptio et textus fine deficiente mutilus. Hanc solam ob constitutionem, quam integram fuisse in Pithoeano, epitomatam adesse in Fuldensi p. XXIV vidimus, liber editioni nostrae utilis est. — Novellam Severi 2 et praecedentem rubricam ipse contuli Romae, novellas Valent. 18 — 23 — 27 mea causa intercedente Huelsenio contulit bibliothecae Vaticanae scriptor Franchio de' Cavallieri.